rā in vnitatē psonę suscepit: q̄ se humiliās p
misericordiā incorruptē virginis vter ex ea
nasciturus ip̄leuit. Formā ḡ serui. i. naturāz
serui in suā accepit ille de psonā. Itē. Deus
verbū nō accepit psonā hois t naturā. Itē
dei fili⁹ vñigenit⁹ vt carnē hois animāq̄ mū-
daret susceptiōe carnis animeq̄ rōnalis/ in-
carnatus ē. His alijq̄ plurib⁹ auctoritatib⁹
evidētē ostendit: nō natura psonā/ nec pso-
na psonā/ sed psonā naturā accepisse. De q̄r
v̄p̄te q̄stiois
to vero q̄stionis articulo: vtrū. s. natura na-
turā assump̄serit: scrupulosa etiam inter do-
ctos q̄stio est. Quia t in hoc plurimū dissen-
tire vident: q̄ auctoritate p̄clarī alij docti-
ores in sacra pagina extiterunt: nec tñ alij
ab alij/ verūctiā idem sc̄p̄sis dissōnare vñ-

Liber

III

Capitulū

I

denē: sicut subiecta capitula docent. Legit
em in concilio Toletano. viij. traditum sic.
Solum verbū caro factū est: et habitauit ī no
bis. Et cū tota trinitas operata sit formatio
nē suscepiti hoīis: qm̄ inseparabilia sunt ope
rata trinitatis: solus tñ filius accepit hominē ī
singularitatē psonē/nō ī vnitatē diuinę na
ture. i. qd̄ est propriū filij/nō qd̄ cōmune est
trinitati. Ide ī cōcilio. xj. Toletano. Unū
cōcilio b̄ ponit substantię credimus deū patrē et filiū et spi
ea qd̄ īnū vi
def naturā nō
accepisse natu
ram

De Toletano

Hic poneſt ea qd̄ trib⁹ psonis. Lui videſ obuiare qd̄ Augu
bus. pbaſ nō
accepisse natu
ram

Ca. II.

Quid forme

noīe itelligat

Etiā seipso christus factus est minor/ for
mā serui accipiens. Nec em̄ sic accepit for
mā serui/ vt amitteret formam dei: in qd̄ erat
equalis patri: vt et in forma serui et in forma
dei id īpse sit vniigenitus filius p̄pis: qd̄ for
ma dei accepit formam serui. Si aut̄ forma
dei formaz serui accepit/ sine dubio natura
naturā accepit. Forme em̄ nomie natura si
gnificat: vt Aug. euīdēter docet in lib. de fi
de ad Petru. Lū (inquit) de christo audis/
qd̄ in forma dei erat: oport̄ te agnoscere fir
missimeq; tenere in illo forme noīe natura
lem plenitudinē debere intelligi. In forma
dei ergo erat: qd̄ in natura dei patris semp
Hylari⁹ erat/ de qua natus erat. Hylarius quoq; in
xij. li. de tri. ita ait. Esse in forma dei/nō alia

intelligētia est/qd̄ in dei manere natura. Di
dicisti noīe forme intelligentiā fieri nature
at audisti qd̄ forma dei formā serui suscepit.
Eli sequēs est/qd̄ natura diuina naturam
humanā suscepit. Qd̄ etiā Hiero. in expla
natione fidei euīdēter insinuat inquiens.
Passus est filius dei nō putatiue/ sed vere:
fm illud: Passus est qd̄ pati poterat. i. non
fm illā substantiā qd̄ assumptis: sed fm illaz
qd̄ assumpta est. Ex quo apparet diuina sub
stantiā assumptissē humanā. Ex verbis aut̄
Augl. supiū positis adhibita diligētia in
nui videſ solū verbū carnē factū: et naturā
solū suscepisse humanā/ et diuinaz naturam
eandē accepisse. Ait em̄. Trinitas nos sibi Augu. def
recōciliauit per hoc/qd̄ solū verbū carnē ipa
trinitas fecit. In quo sic veritas incōmuta
bilis manet diuine humaneq; nature: vt si
cut vera semp̄ est eius diuinitas/quā de pa
tre habet: ita vere semp̄ et incōmutabilis ei⁹
sit humanitas quā sibi vnitam summā diu
nitas gerit. Ecce et solū verbū dixit carnem
factū: et humanitatē diuinitati vnitā. Idez
quoq; superius dixit seruile formā a solo fi
lio susceptam/quam tota trinitas fecit. Iaz
facile est agnoscere/qd̄ diuersa et multiplicia
sup qd̄stione p̄posita auctores tradiderunt.
Ideoq; posteriores ea legētes/varias atq;
contrarias ex predictis occasionē sumētes
promūt sententias.

Quid de hoc tenendum sit. b

Nos autē oīs mendaciū et

cōtradictionis notā a sacris paginis seclu
dere cupientes: orthodoxis patrib⁹ atq; ca
tholicis doctrib⁹ nulla praeq; intelligēt
suspicio notatis p̄sentim⁹: dicētes et pso
nā filij assumpisse naturā hūanā: et naturaz
diuinā hūanę nature in filio vnitaz: eāq; si
bi vniſſe vel assumpſſe. Eli et vere incarna
ta dicit. Qd̄ x̄o dicit sol⁹ fili⁹ formam serui
accepisse/ p̄ hoc nō excludit diuina natura
ab exceptiōe seruiliſ forme: sed aliq; due p̄
sonē pater sc̄z et spūſſtūs. Itē et illud aliud
sc̄z id qd̄ est p̄pū filij nō qd̄ cōmune est tri
nitati/hoīem accepit: sic oportet intelligi. i.
p̄pē in hypostasi filij/nō in trib⁹ cōiter pso
nis: diuina natura humana natura sibi vni
uit. Qui sensus ex x̄bis Joānis Damasci. Joānes daf
ni confirmat: qd̄ totā diuinā naturā ī vna hy
postaseon incarnatā esse euīdēter assertit/di
cēs. In hūanatione dei x̄bi aim⁹ oēm et p̄fe
ctā naturā deitatis in vna ei⁹ hypostaseon
incarnatā esse. i. vnitā hūanę nature et non
partē p̄ti. Omni em̄ humane nature aimus
ēē vnitā oēm deitati naturā vel subam. Itē
Eadē ē natura ī singula hypostaseon. i. p̄
sonaz: et qd̄ dicim⁹ naturā x̄bi incarnatam

esse sūm̄ beatos. s. sūm̄ Athanasiū et Lyrillum/
deitatē dicimus esse vnitā carnī: et vna na/
turā dei verbi incarnatā p̄st̄emur. Verbum
autē et qd̄ cōmune est substantię possidet: et
qd̄ p̄prietatis est habēs hypostaseos. i. psonā.
Ex his manifeste ostendit/q̄ natura di/
uina incarnata est. Unde et eadez vere dicit
suscepisse humanam naturam.

Cāndiuina natura debeat dici ca/
ro facta. **Laplīm** II

Sed q̄rit: vtrū eadē di/
suina natura debeat dici caro facta/
sicut verbū dicit caro factū. Si em̄
idē est incarnari quod ēst carnem fieri: vide
ri pōt̄ ita debere dici: q̄ sit caro facta sicut di/
cit incarnata. Ad quod dicimus: q̄ si illud
dictum in sacra scriptura reperiret̄ ex eadez
intelligentia accipereſ̄ qua cū dicit̄ incarna/
ta. Sz̄ quia illud auctoritas subticiuit: atq̄
locutionis modus nimiā videreſ̄ facere ex/
p̄ssione: si natura diuina dicereſ̄ caro facta:
melius silere hoc puto vel negare: q̄ temere
asserere: ne si illud dicat̄: p̄uerabilitas natu/
re in naturā significari puteſ̄. Ex p̄missis in/
dubitabiliter p̄stat: q̄ psona verbi siue natu/
ra homis naturā. s. carnē et animā assumpſit
sed non psonā hois. Si autē natura diuina
naturā hois accepit: q̄re non dicit̄ facta ho/
mo vel esse homo/ sicut verbū dei. Ad quod
dici pōt̄: q̄ dei filius dicit̄ factus homo vel
esse homo: nō solū q̄ hominē assumpſit: sed
q̄ ipsum in vnitatē et singularitatē sui et p/
sonē accepit. Natura autē diuina homineſ̄
quidē accepit. i. hois formā sibi vniuit: sed
nō in singularitatē et vnitatem sui. Seruata
em̄ p̄prietate ac diuersitate duarū naturarū
psonē singularitas extitit. Ideoq̄ nō sic di/
cit̄ diuina natura esse homo vel facta homo/
sicut dei filius. Quidā tamen indifferenter
vtrūq̄ concedunt.

Quare non accepit psonā homi/
nis/ cū hominē acceperit.

Ideo vero nō psonā hois
assumpſit: q̄ caro illa et anima illa nō erant
vnita in vnam personā quam assumpſerit:
quia non ex illis constabat personā/ quādo
illis vnitum verbum est. Nam sibi unicum
sunt vnitā simul cū verbo. Altera tñ vniōne
in unicem vnitā sunt illa duo. s. anima et caro:
alia vniōne verba vnitā sunt. Quia alia est
vnio anime illius ad carnem: et alia est vnio
verbi ad animā illā et ad carnē. Nō ergo ac/
cepit verbū dei psonā homis/ sed naturā: q̄
nō erat ex carne illa et aia illa vna cōposita p/
sona quā verbū accepit: sed accipiēdo vnu/
it/ et vniendo accepit.

Cōtra hoc opinio q̄ probare qui/
dam voluit psonam accepisse perso/
nam. **Laplīm** III

Ica qbusdā opponi/
tur q̄ psona assumpſit psonā. Per/
sona em̄ est substantia rōnalis indi/
uiduę nature: hoc autē est aia. Ergo si aia
assumpſit et psonā: qd̄ ideo nō sequit̄: q̄r aia
nō est psona q̄i alij rei vnitā est psonaliter/
sed q̄i p se est: absoluta em̄ a corpore perso/
na est/ sicuti angelus. Illa autē anima nūq̄
fuit/ quin esset alij rei coniuncta. Ideoq̄ nō
ea assump̄ta/psona ē assump̄ta. Alter q̄ n̄
tun̄ pbare verbū dei assumpſisse personā:
q̄r assumpſit aliquē hominē. Assumpſit em̄
iesum christū: ergo aliquē hominē. Q̄ autē
hominē iesum christū assumpſerit: Auḡ in
expositiōe symboli sub anathemate tradit/
dices. Si q̄s dixerit atq̄ crediderit hominē
iesum christū a filio dei assump̄tu non fuisse
anathema sit. Qui etiā in pluribus scriptu/
re locis hm̄oi vtit̄ locutionibus. Ille homo
a verbo dei ē assump̄tus. Ille homo factus
est christus. Et ppheta de homie christo lo/
quēs deo ait. Beatus quē elegisti et assump/
ſisti tē. Ex quibus cōsequi videt̄: q̄ aliq̄s
homo assump̄tus sit a verbo: et ita psona a p/
sona sit assump̄ta. Sed q̄r hoc nefas est dice/
re aut sentire/ p̄missē locutiones eiq̄ simi/
les km̄ hanc intelligentiā sane accipi debet:
vt homo christus/ siue homo ille/ siue quidā
homo dicat̄ assump̄tus a verbo/ siue vnitus
verbo: nō q̄r hois psona sit assump̄ta v̄l vni/
ta verbo/ sed q̄r illa aia et caro illa assump̄ta
sunt et vnitā verbo/ in qbus subsistit psona
dei et hois: vt ad hois naturā/ non ad psonā
respicias: cū assump̄tu vel vnitū: vel quen/
dā vel aliquē in hm̄oi locutiōibus scriptura
cōmemorat. Quocirca cū querit̄ sine p̄posi/
ta auctoritate/ an aliq̄s vel qd̄am sit assump/
tus a verbo/ vel vnitus verbo/ sine distin/
ctione intelligentie: nō est hic reddenda re/
spōsio: qm̄ multiplex p̄missa est questio:
s instantie q̄rēt̄ ita fiet determinatio: si de
hominis psona queris/ respōdeo: non: si de
hominis natura/ dico: est.

Nota si filius assumpſisset hominē siue psonā/ il/
de vrumaria. **A**ddi. henrici
Et p̄terea si psonā assumpſisset/ tūc vel due psonae essent
in christo: vel vna alia ūsumeret: qd̄ vtrūq̄ falsum est.
Dicit̄ th̄ in scilio Niceno: q̄ psona psonā ūlumpſit: ex
eo q̄ hūanitas christi p se psonā ūt̄uſſet/ si non fuisset
vnita digniori. Et nota q̄ triplex distinctio exigit̄ ad es/
se psonae. 1. distinctio singularitatis: km̄ q̄ q̄libet res sua
singularit̄ essentia differt ab alia. Et naturalis. Tertia cō/
munitatis et excellētie siue dignitatis. Prop̄ p̄mū/vni/
uersale nō est psona. Propter scdm̄/ aia nō est persona.
Propter tertīū/christus in q̄tū hō/ nō est psona: q̄r di/
gnior forma ē in christo/ km̄ quā ē psona. Si aut̄ obiect̄:
Filius dei fuit cōicabilis hūanitati: q̄ nō est psona. Di/
cendū q̄ illa cōmunicabilitas nō est nature/ s̄ gratie.

Liber III

Capitulū I

Ista est distin. v. huius tertii libri: in q̄ magis postq̄ egit de psona assumente/de q̄liate nature assumpte/t auctore assumptionis/mouet t determinat quasdam dubitationes. Et circa hoc tria facit. Primo em̄ determinat quasdam questiones p̄ncipales. Seco solvit questiones quasdam incidentes. Tertio remouet impugnates. Primi vñq̄ ibi: Sed queritur. Secundi vñq̄ ibi: Ideo dō non psonā. Tertiū vñq̄ ad finē distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus p̄positionibꝫ: quaz p̄ma est hec. Persona psonā/vel natura naturā assumptissimē nullus cōcedit catholicis. Hanc magister ponēs querit quadrimētrē q̄stionē quaz p̄ma est hec. Ut rū psona assumpsit psonaz. Seca est. Ut rū natura assumpsit psonā. Tertia est. Ut rū psona assumpsit naturā. Quarta est. Ut rū natura assumpsit naturā. Et rūdendo dicit ad primos tres articulos q̄ certū est q̄ persona nō assumpsit personā: nec natura personā sed psona naturā. Sed ad quartū articulū: sc̄z an natura assumpsit naturā/maxime difficile est responderes. s. cū p̄clarī doctores sententias quasi contrarias de hoc videntē tenuisse. Mā q̄ natura nō assumpsit naturā hoc videtur sentire auctoritas cōclū Toletani dices: q̄ quis incarnationē tota trinitas sit opata: cū opa trinitatis ad extra sint induissa/sicut eius substatio: sol⁹ tamē filius carnē vel naturā assumpsit humanā. Q̄ aut̄ natura naturā assumpsit hoc videt sentire būtū Aug. in de fide ad petrū/dicens: q̄ ista natura que semper manet genita/ex patre naturā assumpsit humanā: ubi beatus Aug. expresse dicit naturā assumptissimē naturā. Et cōfirmat idē p̄beatus Aug. in de fide ad petrū dicēt: q̄ cū psona sit idem qd̄ natura/videt certe Aug. vel le naturā naturā assumptissimē. Qd̄ magister iterū confirmat auctoritatibus sancto p̄ Hylarī t Hiero. quā diffūcultatē solvens dicit esse tenendū/q̄ diuina psona assumpsit humanā naturā: t q̄ natura diuina hūanae nature in psona filii sit unita: t q̄ natura diuina carnata sit. Et quis dicas q̄ solus filius naturā seu formā accepit: habet tñ exceptionē nō excludit natura diuina: sed hoc dī q̄ hūmōl assumptio in psona patris vel spiritu/ſtanci nō est facta. Unde cū dicas/ q̄ p̄pū sit fili⁹/q̄ naturā humanā assumpsit: talis sensus exprimit exten-dit: q̄ in p̄pria hypostasi fili⁹/ t nō in tribus psonis de-ſibi humanā naturā vniuit. Pro cuius eidētia magis-ter allegat auctoritatē Damasceni: que patet in textu. Seca p̄pō est hec. Licet sit cōcedendū q̄ diuina na- turā etiā psona filii sit incarnata: nō tamē est affirman- dū simpliciter/q̄ eadē sit caro facta. Hanc magister po- nens querit. Cum natura diuina possit dici incarnata/ an etiā sit cōcedendū q̄ sit caro facta: sicut rōne incarna- tionis dī/q̄ verbū caro factū est. Et respondet B̄ esse id: quia natura diuina nō vniuit ſibi naturā humanam in vnitatē nature: sicut verbū dei vniuit ſibi naturā hūana in vnitate persone. Tertia p̄pō est hec. Sic p̄ uenit verbū dei corporis t anime vniōne/q̄ nō assum- psit aliquā hominis psonā. Hanc magister insinuans di- cit: q̄ verbū nō assumpsit psonā hominis: q̄ caro hūana: anima que verbū assumpsit/nō fecerūt aliquā psonā ante assumptionē ſuī. Sed contra illud obicit dupli- ter. Primo ſic. Verbū assumpsit animā: sed ex quo illa sit psona cum rōnalis nature individua substantia/ver- bū videt assumptissimē psonā. Seco ſic būtū Augu. in expositione symboli. Verbū assumpsit hominem: sed cū hō sit psona/videt verbū assumptissimē psonā: qd̄ est contra p̄dicta. Ad primā obiectionē rūdet magister dicēs q̄ anima carni vniā nō habet rōnem psonē ſed tñ a cor- pore separata: cū igit̄ x̄bū nō assumpsit aliam separatā/ ſed cōunūcā: videt vt p̄us nō assumptissimē psonā. Et in

hoc q̄ magister dicit aīam esse psonā/nō tenet a moder- nis doctoribus. Ad secundū dī. Lū dī verbū assumptissimē hominē ly hō accipiendū est vt est exprestū nature: t nō vt significat psonā. Et tñ in speciali.

De intelligentia barū locutionū deus factus est hō: deus est hō: an his locutionibꝫ dicatur deus factus esse aliquid/vel esse aliquid/vel nō esse aliquid. **C**apitulū I a

Ex premissis au- distin. VI.
habet. 3. c.
cum eoꝫ. 6.
De mō vñc
diuina et
hūana natu-
rā ſim vari-
cōſtēt ex p̄missis t alijs pluribꝫ testimonij as doctorū
omnesq̄ catholici vñanimiter fateant̄ deū opinōes.
factū esse hoīem: t chūtū vñz deū esse: t ve-
rū hoīem: querit an his locutionibꝫ: deū fa-
ctus est hō: filius dei factus est filius hoīis:
deus est hō: t hō est deus: dicas deus factū
esse aliqd̄/vel esse aliqd̄: vel aliqd̄ dicas eē
deus: t an ita p̄ueniat dici: hō factus ē deū:
t filius hoīis factus est filius dei: ſicut econ-
uerso dī: t ex his locutionibꝫ nō dī deus fa-
ctus esse aliqd̄/vel esse aliqd̄. **Q**ue sit intel- De in hu-
ligentia hāz locutionū t ſimiliū: in huius
pſunditatis reſeratione t ſcrupuloſe q̄ſto-
nis expoſitione: plurimū differre inueniuntur
ſapiētes.

Chec opinio nō ſuſtinet in ſcholis vt p̄ petitionem. Addi. hemi-
ci. de prima

Quorundam ſentētiā refert. b

Alij enī dicunt in ipsa ver- b
bi incarnatione hoīem quendā ex aīa rōna/
li t humana carne constitutū. Ex quibꝫ du-
obus oīs verus hō cōſtituit: t ille homo ce-
pit esse deus: non quidē natura dei ſed psona
verbū: t deus accepit esse homo uile. Lō/cedūt etiā hominē illū assumptū a verbo et
vñitū verbo/ t tñ esse verbū: t ea ratiōe tra-
dunt dictū esse deū factū hominē vel eē ho-
minē: quia deus factus est. i. cepit esse que-
dam ſubſtantia ex anima rationali t huma-
na carne ſubſtens: t illa ſubſtantia facta ē
i. cepit esse deus: nō tñ demigratione natu-
re in naturā ſed vtriusq̄ naturę ſeruata p̄-
rietate factum est: vt deus eſſet illa ſubſtantia: t illa ſubſtantia eſſet deus. Unde vñ di-
citur: deus factus est homo: t homo factū ē
deus: t deus eſſet homo/ t hō deus: t fili⁹ dei
filius hominis/ t econuerso. Lūq̄ dicunt
illum hominē ex anima rationali et huma-
na carne ſubſttere: non tamē ſatent̄ ex dua
bus naturis eſſe compositū: diuina. ſ. t hu-
mana: nec illius partes eſſe duas naturas/
ſed animā tñ t carnem.

Auctoritates ponit quibus mu- c
niunt ſuam ſententiam.

Distinctio VI

Et ne de suo sensu tantum
loq putent hāc sūiaz pluribus muniūt testi
moniūs. Ait enī Aug⁹ in li. de tri. Lūz legit/
verbū caro factū est: in vbo intelligo verū
dei filiū: in carne agnosco vēz hois filiū: et
vtrūq simul vna psonā deū et hominē inef/
fabilis gratiē largitate piunctū. Idē in En/
chi. Christus iesus deus deo est: hō autē
natus ē de spūsancto ex maria v̄gine. Ultra
q̄ substātia diuina et hūana filius ē vnicus
dei patris omnipotētis/de q̄ pcedit spūss/
ctus vtrūq vnuus: sed aliud pp̄ter verbū/et
aliud pp̄ter hominē: nō duo filiū deus et ho/
mo/ sed vnuus dei filius. Deus sine initio: ho/
mo a certo initio. Idē in eodē. Quid natu/
ra humana in christo hoie meruit/ vt in vni/
tatē psonē vnicī filiū dei singulariter assū/
pta esset. Quę bona volūtas/q̄ bona opa q̄/
cesserūt: qbus merereſ iste homo vna fieri p/
sona cū deo. Hūqd antea fuit homo: et hoc
ei singulare bñficiū p̄stituz est/ vt singularis
pmereſ deū. Hēpe exq̄ homo esse cepit:
nō aliud cepit esse homo q̄ dei filius/et hic
vnicus: et pp̄terea dei verbū: q̄ est ab illo
suscepta caro: facta est vtiq̄ deus: vt quem
admodū vna est persona qlibet homo/ani/
ma. s. rōnalis et caro: ita sit christus vna pso/
na/verbū et homo. Idē sup Joannē. Agno/
scamus geminā substātiā christi/diuinā. s.
qua equalis est patri: et humāna qua minor
est patre: vtrūq autē simul nō duo/ s̄z vnuus
est christus: ne sit q̄ternitas nō trinitas de⁹.
Ac q̄ hoc christus ē deus/ aia rōnalis et ca/
ro. Idem q̄ in li. de p̄destinatiōe sc̄tōꝝ. Ille
hō vt a verbo patri coēfno in vnitatē psonē
assumptus filius dei vñigenitus esset: vnde
hoc meruit/qd bonū eius p̄cessit: vt ad hāc
ineffabile excellentiā pueniret. Faciente ac
fusciplē deo verbo: ipse homo exquo esse
cepit/filius dei vnicus esse cepit. Itē homo
quicūq ita gratia fit christianus: sic gratia
homo ille ab initio factus ē christus. Idē in
li. xiiij. de tri. Gratia dei nobis in hoie chri/
sto cōmēdat. Quia nec ipse vt tāta vnitate
deo vero p̄iūctus vna cum illo psona filius
dei fieret/vllis est p̄cedētibus meritis assecu/
tus: sed exq̄ hō esse cepit/ex illo ē et de⁹. Un
Hylarius dictū est: Uerbū caro factū est. Hylarius q̄
in. x. li. de tri. ait. Christū nō ambiguim⁹ esse
deū verūz: neq̄ rursus filiū hois ex anima et
corpe p̄stisse ignoramus. His alijsq aucto/
ritatibus vtūt: q̄ hominem quendā ex aia
rōnali et carne cōpositū dicūt deū factū: sed
gratia nō natura. Sola enī gratia habuit il/
le homo: nō meritis vel natura/ vt esset de⁹
sue dei filius: vt haberet omnē sciaz et potē/
tiā quā habet verbū/cū q̄ ē vna psona. Nec
tm̄ in supioribus legit/q̄ hō ille sit vna pso/

Lapitulū II Fol. 120

na cum verbo et sit ipsum verbum: sed etiā
q̄ anima rationalis et caro eadem persona et
christus sit et deus.

[Aliorū sentētia. CLa. II d

Sunt autē et alijs q̄ istis
S̄ in pte p̄sentūt: sed dicūt hominē il/
lū nō ex aia rōnali et carne tm̄: s̄z ex
hūana et diuina natura. i. ex tribus substā/
tis: diuinitate/carnet anima cōstare: et hūc
iesum christum fatens et vnam psonam tm̄
esse: ante incarnationem vero solummodo
simplicem/ sed in incarnatione factā com/
positam ex diuinitate et humanitate.

Hec opinio q̄ cōls est et celebris/dicit: q̄ filiū nō ac Addi. henric⁹
cepit hominem/ sed humanam naturam. de vurumaria.

Nec est ideo alia psona q̄ p̄us: sed cum
pus esset dei tm̄ psona/ i incarnatiōe facta ē
etiā hois psona: nō vt duę essent psonae/ sed
vt vna et eadē esset psona dei et hois. Perso/
na ergo q̄ prius erat simplex et in vna tm̄ na/
tura existēt: in duabus et ex duabus subsistit
naturis: et psona q̄ tm̄ deus erat/facta ē etiā
verus hō: subsistēt nō tm̄ ex anima et carne/
sed etiam ex diuinitate: nec tm̄ psona illa de/
bet dici facta psona/q̄ quis dicat facta perso/
na hois. Facta est igit illa psona (vt qbusdā
placet) qddā subsistēt ex anima et carne: sed
nō est facta psona/ vel substantia/ vel natu/
ra: et inq̄tū est illa subsistēt/cōposita ē: inq̄/
tum autē verbū est/ simplex est.

**Auctoritates etiā ponit que hāc
probant sententiam.**

De hoc Aug⁹ in libro sen/
tē. p̄spri ait: Ab oībus approbare p̄tē
dimus sacrificium ecclesie duobus consta/
re: duobus confici: visibili elementorū spe/
cie: et inuisibili domini nostri iesu christi car/
ne et sanguine: sacramento et re sacramentū:
id est corpore christi sicut christi psona con/
stat: et conficitur ex deo et homine: cum ipse
christus verus sit de⁹ et verus homo. Quia
omnis res illaz rerum naturam et veritatem
in se p̄tinet ex qbus p̄fici. De hoc eodē Jo. Damascē.
annes Damascen⁹. In dñō nostro iesu chri/
sto duas quidē naturas cognoscimus vna
autē hypostasim ex vtrisq̄ cōpositam. In
carnatus est ergo christus ex virgine assu/
mens primiā nostrę massę: vt ipsa extitit
in carne hypostasis: que dei verbi hypol/
stasis cōposita et facta fuerit: que p̄ius
simplex erat verbi hypostasis. Cōposita
vero ex duabus perfectis naturis/ deitate et
humanitate: et ferat ipsa diuine verbi dei si/
liatiōis characteristicū et definitiū idio/
ma/ s̄m q̄ diuisa est a p̄fe et spūscō; et carnis
characteristica et determinatiua idiomata;
s̄m q̄ differat a matre et reliq̄s hoibus. Itē:

Liber III Capitulū III

Una hypostasim filij dei cōfitemur in duabus naturis pfecte se habētib⁹/deitat⁹ et humanitatis: et incarnatā eē eadē hypostasim et has duas naturas custodiri et manere in ipso post vniōnem nō seorsum/et fīm partes ponētes singulā: sed vnitā inuicē in vna cōpositā hypostasim: substancialē em⁹ (in q⁹ mus) vniōnē. s. verā et nō fīm phantasiā: substantialē autē nō duabus naturis pfectib⁹ alterā. s. vna cōpositā naturā: sed vnitā in uicē in vna hypostasim cōpositam filij dei/et manere eandē substancialē differētiā determinamus. Q̄ creat̄ ille mansit creabile: et q̄ increabile/increabile: et mortale/mortale: et immortale/immortale: et circūscriptibile/ circūscriptibile: et incircūscriptibile/ incircūscriptibile: et hoc qđem refulget miraculis.

Augustin⁹ hoc etiā Aug. in li. de trini. ait. Quēadmodū fīm deitatē vna est patris filij q̄ natura: ita etiā iuxta humanitatē/eadē est matris filij vna natura. Ex vtraq̄ ḡ substātia et diuinitatis et humanitatis vnuſ atq̄ idē est deus: dei et hoīs filius iesus christus: vt verus deus/ita etiā hō verus. Idē etiā in lib.

Ca. 13. xiiij. de tri. Sic deo cōiungi potuit humana natura: vt ex duabus substātijs fieret vna psōna. Ac per hoc iam est ex trib⁹: deo/ anima et carne. His alijsq̄ pluribus auctoritatib⁹ se muniunt: qui dicunt personā christi cōpositā esse vel factā siue cōstantē ex duab⁹ naturis/siue ex tribus substātijs.

¶ Tertia aliorū sentētia. ¶ Ca. III f

Hec opinio tā
q̄ heretica ab
olb⁹ reprobata

Sunt etiā alijs qui in incarnatione verbi nō solū psōnam ex naturis cōpositā negant: verūtiaq̄ hoīem aliquē siue etiā aliquā substātiā ibi ex anima et carne cōpositā vel factā diffitetur.

Addit. henrici
de wāmaria

Magister ponit hic tres opiniōes circa incarnationē filij dei. Prima dicit q̄ christus assump̄t hominē. Secūda dicit naturā hominis sc̄z corpus et animā. Tertia dicit q̄ assump̄t corpus et animā: nō vt partes sui/sed vt habitū et vestē sui. Prima opinio dicit q̄ christus inquantū hō est aliqd. Idem dicit sc̄da. Tertia dicit q̄ christus fīm q̄ hō/ nō est aliqd: sed aliquo mō se habēs. Prima opinio nō sustinet in scholis/ vt p̄petiōnē. Sc̄da p̄cedit ab oībus. Tertia ab omnībus tanq̄ heretica reprobatur.

Sed si illa duo sc̄z animā et carne verbi psōne vel nature vnta esse aiunt: vt non ex illis duobus vel ex his trib⁹ aliq̄ natura vel psōna fieret/siue cōponereb⁹: sed illis duob⁹ velut indumento verbū dei vestireb⁹/ vt mortalium oculis p̄gruenter appareret. Qui ideo dicit verus factus hō: q̄ veritatem carnis et anime accepit. Que duo etiā in singularitate vel vnitatē siue psōne accepisse legit: non quia illa duo/vel aliqua res ex illis compōsita sit vna psōna cū verbo/vel sit verbum: sed q̄ illis duobus accendentibus verbo nō

est personaz numerus auctusvt fieret quaternitas in trinitate: et q̄ ipsa psōna verbi q̄ Grego. sup prius erat sine indumento/assumptiōe indu/ Ezechidē mēti non est diuisa vel mutata: sed vna ea/ demq̄ imutata permanit. Qui fīm habitū deū et hominē factū dicunt: accipiendo enim hominē/dictus est deus: factus est hō: et ppter acceptū hominē dicit deus vere eē hō: et ppter assumētē deū dicit homo esse de⁹. Nā si essentialiter (inquit) illi deus esse hō vel hō esse deus intelligereb⁹: tunc si deus asumpsisset hoīem in sexu muliebri: et mulier essentialiter deus esset/ et econuerso. At potuit deus assumpsisse hoīem in sexu muliebri: potuit ergo mulier esse deus/ et econuerso.

¶ Auctoritates inducit quib⁹ hec sententia roboratur. g

Ne aut̄ et isti de suo sensu influere videant̄/testimonij in mediū productis: qđ dicūt/p̄firmant. Ait em⁹ Aug⁹ in lib. de gratia noui testamēti. Sicut non au-

gēt numerus psōnāz/cū caro accedit aīget vnuſ homo: sic non augef numerus psōnāz cum hō accedit verbo: vt sit vnuſ homo christus. Legit̄ itaq̄ deus hō/ vt intelligamus huius psōne singularitatē: nō vt suscipiemur in carnē mutatā diuinitatē. Idē qđ tractans illud verbum apli. Ihabitu inuenit⁹. lib. lxxij. q. ita inquiens.

Phil. 2.6. Multis modis habitū dicimus: vel habitū animi/ sicut discipline perceptionē vnuſ firmat̄: vt habitū corporis: sicut dicimus aliū alio validiorē: vel habitū eoz/q̄ membris accōmodand⁹ extrinsecus: vt cū dicimus aliquē vestitū vel calciatū: et hmoī. In oībus generibus manifestū est in ea re dici habitū q̄ accedit vel accedit alicui: ita vt eam possit etiā non habere. Hoc aut̄ nomen ductū est ab illo verbo quod est habere. Ihabitus ergo in ea re dicitur/q̄ nobis vt habeat̄/accidit vel accedit. Ut rūtamē hoc interest: quia qđaz

prima spe eoꝝ que accidunt vel accidunt: vt habituz cōsistentia faciant/nō mutant̄: sed ipa mutant̄ in se integrā et incōcussa manentia: sicut sapientia accedens homini non ipsa mutat̄/ s̄ hominē mutat̄: quē de stulto sapientē facit. Que sc̄da dā hō sic accidunt vel accidunt/ vt mutent̄ et mutent̄: vt cibus qui amittens speciē suā in corpus vertit̄: et nos cibo refecti/ ab exiliate atq̄ languore in robur atq̄ valentiam mutamur. Tertiū gen⁹ est/cū ea q̄ accidunt Tertia vel accedit: nec mutant̄ ea q̄bus accidunt/ nec ab eis ipsa mutant̄: sicut anulus posse

in digito: qđ gen⁹ rarissime rep̄it. Quartū cōsiderat̄ gen⁹ est: cū ea q̄ accidit vel accedit/ mutat̄/ buīc copariū

Distinctio VI

tur: nō a sua natura / s̄ alia spēz / t̄ formā accipiūt: vt ē vestis q̄ deiecta atq̄ deposita nō habet eā formaz quā sumit induita. Induta em̄ mēbris accipit formā quā nō habebat ex uta: qd̄ gen̄ cōgruit huic cōpaciōi. Dē em̄ filius semetiōm exinanuit nō formā suā mutās / s̄ formā serui accipiens: neq̄ p̄lus aut trāsmutat̄ in hominē amissa incomutabili stabilitate: s̄ in silitudine hominū factus est ipse susceptor: v̄p̄ hominē suscipiēdo habitu inuētus ē vt hō. i. habēdo hominē inuenitus est vt homo: non sibi / s̄ eis qbus in hoie apparuit. Q̄ autē dicit vt hō/ veritatē exprimit: noie q̄ habit̄ satis significauit apls q̄li ter dixerit in silitudinē hominum factus: qr̄ nō trāfiguratiōe in hominēz / s̄ habitu fact̄ est: cū indutus ē hominē quē sibi vniēs qdā modo atq̄ p̄formās / imortalitati eternitati q̄ sociaret. Non q̄ oportet intelligi mutatū esse verbū susceptiōe hois: sic nec mēbra ve ste induita mutant̄: q̄uis illa susceptio inefabilis susceptū/suscipiēti copularet. Ibis v̄bis apte innuere videt Auḡ deū dīci factū hominē fm̄ habitū. Qui etiā ipsi incarnatiōis modū volēs exp̄mēre q̄rētibus in. li. de tri. ait. Si q̄r̄ icarnatio quō facta sit: ip̄m verbū dei dico carnē factū. i. hominem factū. Nō tñ in hoc q̄ factū est: quersuz atq̄ mutatū: s̄ carne / vt carnib̄ cōgrēter appareret indutū. Ita sane factū vt ibi sit nō tñ v̄bū dei / t̄ hois caro / sed etiā rōnalis hois aia. Atq̄ hoc totū / t̄ deus dicat pp̄ter deū: t̄ hō pp̄t hominē. Qd̄ si difficile intelligit: mens fide purget a pctis abstinēdo / t̄ bona operādo: difficilia em̄ sūt hec. Idē in li. de fide ad Petrū. Dei filius cū sit deus etiā / t̄ verus / p̄ nobis factus est hōverus / t̄ plenus. In eo verus: qr̄ verā habet ille deus humānā natūrā. In eo vero plenus: qr̄ t̄ carnē humānā suscepit / t̄ animā rōnale. Itē. Nō aliud fuit illa dei summi susceptio vel exinanitio / nō formē seruīlis. i. nature humānē susceptio. Ultraq̄ ēst in christo forma: qr̄ vtraq̄ vera / t̄ plena est in christo substātia / diuina. s̄ / t̄ humāna natura. Idē in lib. 5 Maximiū. Lū esset p̄ seip̄m inuisibilis: visibilis in hoie appariuit: quē de femina suscipe dignatus est. Idē in eodem. Nos christū dñm v̄p̄ hominē suscepisse credimus: t̄ in ipso visibilis inuisibile hoib⁹ appariuisse. In ipso inter homines quersatū fuisse. In ipso ab homib⁹ hūana ptulisse. In ipso hoies docuisse. Hy larius q̄ in. x. li. de tri. ait. Quō dei filius natus ex maria ē / nō q̄ verbū caro factū est. s̄. q̄ filius dei cū in forma dei esset / formā serui accepit. Unū tñ eundēq̄ nō dei defectiōe / s̄ homis assumptiōe p̄fitemur: t̄ in forma dei pp̄ter naturā diuīnā: t̄ in forma serui ex co-

Capitulū III Fol. 121

ceptione spūssancti fm̄ hois habitū repertū fuisse. Nō fuit habitus ille tñ hominis / sed vt hois: neq̄ caro illa caro p̄cti / s̄in silitudi ne carnis p̄cti. Audist̄ tres fm̄ diuersos po sitas snias: et p̄ singulis inducta testionia.

Ista est distinctio. vi. hui⁹ tertij libri: in q̄ mḡ distiōib⁹ st̄itutiōib⁹ actū vniōis / incipit agere de adiōtionib⁹ actū vniōis sequētib⁹. Et circa hoc tria facit in hac / t̄ in sequētiō distiōtē. Hā p̄mo ponit quinq̄ q̄stio nes. Scđo recitat varias opinōes. Tertio dat q̄stio nū motaz solutiōes. Primi facit v̄sq̄ ibi: Alij autē dicūt. Scđm ab inde v̄sq̄ ad finē distiōtē. Tertiū dō facit p̄ totā sequētē distiōtē. ¶ In speciali senten cia maḡ stat in trib⁹ p̄pōntib⁹: q̄y p̄ma ē hec. Ad h̄mōi q̄stio nes. s. an d̄ fact̄ est hō / vel hō fact̄ sit deus: t̄ p̄siles difficult̄ p̄ficiārī r̄fisiones. Hāc maḡ p̄bās dicit: q̄ ex dictis p̄cedētib⁹ emergūt q̄stiones difficult̄es / dubie: q̄x p̄dicta ē. Lū dicit fili⁹ dei fact̄ ē hō: t̄ d̄ ē hō: t̄ hō est de⁹. Atq̄ deus factus ē aliquid / vel aliquid dicat esse deus. Scđa ē: Atq̄ h̄ possit dici: hō factus ē de⁹: s̄c̄ h̄ dicit ecōverso: De⁹ hō factus ē. Et r̄ndet dicēs / q̄ difficile est ad h̄mōi q̄stiones r̄sdere: cū multi doctores videant in eaꝝ solutionib⁹ discordare: t̄ sic dimitit eas abq̄ vlt̄iori r̄fisione v̄sq̄ ad distiōtē sequētē. ¶ Scđa p̄positio ē hec. Tres sunt antiquoꝝ opinōes de eīni verbi incarnationē. Hāc maḡ recitās nō discutit / s̄ eaꝝ discussiōes legeūtib⁹ derelinqt. Quāz opinōū p̄ma dicit / q̄ aia / t̄ corp⁹ christi ordine nō t̄pis / s̄ nature p̄us fuerūt ad inuicē vnitā ad st̄itutiōnū hoiez: t̄ sic hō ex eīdē cōstitutus fuit a verbo assumptus: t̄ q̄ hō ē nomē supposi t̄: ideo opinō dicit duo supposita esse in christo: vñū cre atū q̄ est hō subsistēs in natura hūana: aliud increatū verbū subsistēs in natura diuīna: t̄ q̄uis sic in christo ponat duo supposita: in ipso tñ nō ponit n̄lī vñū p̄sonā: q̄ suppositū creatū. s. hois nō dicit esse p̄sonā: illa s̄ can fa q̄ p̄sonā dicit suppositū ad dignitatē p̄tinēs. Lū igīt suppositū creatū in christo sit vñū supposito diuīlo seu digniori / p̄sonētās in christo solū accip̄ēda ē a supposi to digniori. s. diuīno / t̄ nō hūano. Itē ista opinō dicit / q̄ p̄p̄tās vñū suppositi in christo nō dicit de altera absolute / s̄ tñ cū qdā reduplicatiōe. Ita fm̄ istā opinō tales p̄p̄nes nō sunt sc̄edē. Itē hō demōstrato christo ē eternus / nisi addat in c̄tū deus: t̄ s̄lī ista: Itē hō ē mortu⁹ demōstrato eodē: nisi addat in c̄tū hō. Itē opinō hec dicit / q̄ p̄sonā verbi nō fuit magis cōposita post incarnationē verbi q̄ ante: cū hō assumpt̄ fm̄ ipaz nō p̄tineat ad vnitatē p̄sonē diuīne. Ita oia p̄bat maḡ p̄ticulat̄ octo doctoꝝ auctoritatib⁹. Scđa opinō quā maḡ recitat: ponit p̄mo q̄ corp⁹ / t̄ aia christi fuerūt p̄us natura: t̄ nō t̄pe vnitā: nō tñ ad st̄itutiōnē suppositi / s̄ tñ ad st̄itutiōnē nature hūana: t̄ sic a verbo simul fue rūt assumpta. Scđo ponit q̄ in christo nō ē nisi vñū suppositū seu vna p̄sonā substātā duab⁹ naturis. Tertio po nit q̄ xp̄ vñū suppositi in duplīci natura possint de christo vere p̄dicari noia significatiōe p̄p̄tātēs vtriusq̄ natura: vt dīcēdo: Deus ē passus / itē hō ē eternus: t̄ sic s̄ alijs. Quarto ponit q̄ p̄sonā vbi post incarnationē fa cra ē cōposita: q̄ p̄us erat simplex: ita intelligēdo q̄ p̄sonā vbi q̄ ante incarnationē subsistēbat tñ in vna natūra: post incarnationē subsistit in duab⁹. Et ista oia maḡ p̄bat diuersis sc̄tōꝝ auctoritatib⁹. Tertia opinō ponit p̄mo: q̄ aia christi / t̄ corp⁹ christi diuīsa ab inuicē sine vñū la cōpositiōe infē verbo fuerūt vnitā seu a verbo assumpta: ita q̄ fm̄ eā cū dicit: fili⁹ dei assūplit naturā: locutio intelligēda ē materialis: vt si sensus: fili⁹ dei assūplit naturā hūanā: i. assūplit p̄tes hūane nature: q̄ dicunt̄ hūana natura / s̄c̄ p̄tes dom⁹ dicunt̄ doi⁹. Scđo ponit q̄ aia / t̄ corp⁹ fuerūt verbo vnitā solū accidētalis p̄ mo dū extrinseci habit̄: s̄c̄ vestis vñif̄ corpi. Tertio ponit q̄ aia christi / t̄ corp⁹ nō p̄tineat ad p̄sonalitatē verbi / sed extrinsecē se h̄sit ad illā: s̄c̄ indumentū ad hoiez. Quarto sc̄q̄ ponit q̄ i christo sit vna p̄sonā tā simplex p̄scar nationē sic ante: t̄ ista oia fulciunt̄ auctoritatib⁹ doctoꝝ

Liber III

que patet in textu. Et subdit postea quatuor genera habitat: ceteris extinde alterius verbū dei sit in carne et in anima quasi habitu indutum.

Consit sententias prolatissimā locutionē erexitur secundū singulas sententias: et prius secundū pri-

man. **C**apitulum I

Distinctio VII
et habet. 3. ca.
cum eorum. s.
Quidit qualis
sum varias op-
niones recita-
tas. dis. pcedē-
ti de mō vniē-
di diuinā et hu-
manā naturā
determinari ha-
beat ambigue
locutiones

Que opponā-
tur huic sūcie.
Origenes sup-
ep̄sam ad. Bo-
manos

Sed dicit deus factus hō: et hō factus deus: quod deus cepit esse quidam substantia rationis quam ante non fuit: et illa substantia cepit esse deus: et hoc factus una persona cum verbo: de natura humana intelligat: quod verbo unita est in singularitate persona. i. ita quod eadē persona quod prius erat et simplex erat: sine incremento numeri personarum etiam immutata permanens licet composta. Cōpositio-
nis vero huius alia dicunt esse rationem quod sit in aliis hominibus: quod huius ex tribus aliis ex duabus substantiis est compotio. Negat quod natura humana esse personam vel dei filium: et sicut unum eundem dicunt esse hominem et deum et filium hominis et filium dei: ita unum et idem non aliud et aliud: sicut nec alium et alium.

Chic explanat secundā sententiam et earundem locutionum sensus.

Capitulum II

Non scđa vero sūcia huius
distinctiōis talis vide ratio: ut cum
dicunt deus factus est hō: intelligat ce-
pisse esse subsistēs ex duabus naturis vel tri-
bus substantiis: et ecōuerso hō factus est deus:
quod subsistēs in duabus naturis cepit esse deus
vel potius homo factus est deus: et ecōuerso
dicunt: quod deus assumptus hominem: et homo as-
sumptus est a deo. Tunc Aug⁹ dicit in li. de tri.
Augustinus Talis fuit illa susceptio quod hominem faceret
deum et deum hominem. Maria autem intelligentia
cū dicit: deus est homo: et homo est deus.
Dicit enim deus esse persona subsistens in du-
abus et ex duabus naturis: et persona subsistēs
in duabus: et ex duabus naturis dicit esse de-
us. i. verbū vel natura diuina. Potest enim p̄di-
cere naturam vel personam. Hō est autem ut ait Jo. Damasc. idem
dicere naturam vel personam.

Ex quo sensu dicunt christum p̄desti-
natū inq̄stū est homo. i. inq̄stū est subsistēs ex
duabus substantiis. s. anima et carne. Hā q̄stū
ad naturā diuinitatis non est ipse p̄desti-
natus. Non ergo inq̄stū in ea vñ ea subsistit

Lapi. I II et III

p̄destinatus est: sed inq̄stū subsistit in alijs
duabus substantijs. i. in anima et carne: hoc
est inq̄stū est homo.

CQualiter exponūt auctoritates
prime que isti videtur obuiare sen-
tentie.

Determinat etiā auctori-
tates quod p̄mē cōueniunt sententie: et huic vidē-
tur p̄dicere: vt cū legis homo ille assumptus
a verbo in singularitate persone: vel factus
una persona cum verbo: de natura humana in-
telligat: quod verbo unita est in singularitate per-
sonae. i. ita quod eadē persona quod prius erat et sim-
plex erat: sine incremento numeri personarum eti-
am immutata permanens licet composta. Cōpositio-
nis vero huius alia dicunt esse rationem quod sit in
aliis hominibus: quod huius ex tribus aliis ex du-
abus substantiis est compotio. Negat quod na-
turā humana esse personam vel dei filium: et sicut
unum eundem dicunt esse hominem et deum et filium
hominis et filium dei: ita unum et idem non aliud et
aliud: sicut nec alium et alium.

CQuidam ponit que p̄missis vidē-
tur aduersari. **C**apitulum III

Sed hisvident aduer-
sari quod subditis cōtinens capitis. **A**utem Aug⁹ sup̄ Joā. Aliud est verbū
dei: aliud homo: sed verbū caro factū est. i.
homo: non itaq̄z alia verbi: alia est hois per-
sona: quod utrūq̄z christus et una persona. Idem ad
Felicianū. Aliud dei filius: aliud hois filius/
sed non aliud. Item. Dei filius aliud de pa-
tre: aliud de matre. Idem in li. i. de tri. Cum
filius sit et deus et homo: alia substantia de-
us: alia homo.

CQualiter his respondeat.

Hec autem in hūc modū de-
terminat: quod cū dicit: aliud verbū dei: aliud
homo: siue alia substantia deus: alia homo:
alterius naturae significat christus esse inq̄stū
est homo: et alterius inq̄stū est deus: et ali-
ud natura quod est homo: aliud natura quae est
deus. Ut enim ait Joā. Damasc. Inconuerse
et inalterabiliter unitate sunt adinuicē naturae
neq̄z diuina distatē a propria simplicitate ne-
q̄z humana aut querela in deitatis naturā: aut
in non existentiā diuisa: neq̄z ex duab⁹ una fa-
cta composta natura. Composita enim natura
neutri eaz ex quod compone natura: homousia
id est cōsubstantialis esse potest ex alteri p̄ficiē
aliquo: vt corp⁹ ex quatuor elementis compotū
nec ignis noia: nec aer: nec terra: nec aqua: nec
horum alicui homousio dicit. Si ergo in hereti-
cos christi vni compotē nature post unionē
exitit: ex simplici natura p̄situs est in compo-

Distinctio VII Ca. IIII et V Fol. 122

tā: t neq; patri simplici nature existēti neq; matrē homousios: neq; t deus neq; hō de-
noiabilē: s̄ christus solū: t erit hō nōmē. s. chri-
stus nō psonē ipsius natura: s̄ vni' fm̄ ipsos
cōpositē nature: nos aut̄ christū nō vni' cō/
posite nature dogmaticam⁹: t hō nomen. s.
christ⁹ psonē dicim⁹ nō monotropos. i. vno
mō dictū: s̄ duaz naturaz esse significatiū
scz deitatis t hūanitatis. Ex deitate autē et
hūanitate dēū pfectū t hominē pfectū eun-
dē t esse t dici: ex duab⁹ et in duab⁹ naturis
p̄fitemur. Sic ḡ dicit aliud esse filius dei/ ali-
ud filius hois: qz alterius ē substātie vel na-
ture inq̄tū ē filius dei: alterius inq̄tū ē fili⁹
hois: nō q̄ ip̄e filius dei t homis sit duo illa
diuersa. i. due diuersæ nature.

CAUTORITATE CONFIRMAT DETERMINATIONEM.

Apte em̄ Hylari⁹ in li. x. **D**tri. ait. Lū nō aliud sit filius hois/ neq; aliud
filius dei: verbū em̄ caro factū est: t cū ille q̄
filius dei est/ ip̄e t hois sit filius: reqro q̄s in
hoc filio hois clarificatus sit: Evidēter dīc
nō aliud esse filiū dei/ t aliud filiū hominis.
Ex quo premissa roborat t approbat̄ de-
terminatio.

Alia etiā verba auctoritatū anno-
tatyt determinet. **Ca.** III b

O NOD ETIĀ DICTUM EST
Augustin⁹ **V**trūq; christus ē: t vna psona mo-
uerē pōt lectorē: sic t illō qd̄ Aug⁹
dicit in. i. li. de tri. Quia forma dei formā ser-
ui accepit: vtrūq; deus vtrūq; hō. S; vtrūq;
de⁹ pp̄t accipiente dēū: t vtrūq; hō pp̄t ac-
ceptū hominē. Et illud qd̄ idē ait in li. b bo-
no p̄seuerātie. Qui fidelis ē in eo: verā natu-
rā hūanā credit suscipiēt deo verbo ita s̄bli-
matā: vt q̄ suscepit et qd̄ suscepit vna else in
trinitate psona: assumptiōe illa ineffabiliter
faciēt psonē vni' in deo t hoie veritatē. Si
aut̄ q̄ suscepit: t qd̄ suscepit vna est psona: ḡ
natura hūana cū verbo vna ē psona. S; hec
oia ex tali sensu dicta fore tradūt: vt vtrūq;
dicat ē christus t vna psona: qz in vtrūq;
vn⁹ christus t vna psona subsistit. Ita etiā
suscepit cū suscipiēt dicit vna psona: quia
suscepit suscipiēt est sociatū in vnitate pso-
ne: t ita q̄ vnitas psonē pm̄sit: nō ita vt ca-
ro t aia sint vn⁹ deus: qz vt ait hiero. Ver-
bū est deus/non caro assumpta. Et Ambro.
in li. iii. de sp̄sancto ait. Aliud est qd̄ assump-
tū: t aliud qd̄ assumptū est.

HIC QUANDĀ PONIT AUCTORITATEM
QUE MULTRUM VIDETUR HUIC SENTENTIĘ
OPPOSITA.

Est aut̄ t aliud qd̄ huic sen-

tētie plurimū videt obuiare. Ait em̄ Aug⁹ **Aug⁹ li. s.**
in li. j. 5 Adaximinū. Christus vna psona ē
gemine substātie: qz t de⁹ est t hō est/ nec tñ
de⁹ vel hō: pshui⁹ substātie dici pōt/ alio qn
fili⁹ dei deus anteq; suscipet formā servi/ nō p̄būl. 2. b.
erat totus: t crevit cū hō diuinitati eius ac-
cessit. Ecce dēū dicit nō eē p̄t illius psonę.
Tñ videt illa psona nō p̄stare ex deo t ho-
mine. Ad qd̄ etiā illi dicūt illā psonā nō ita
p̄stare ex deo t hoie: qz totū ex p̄tibus. Ita
em̄ p̄tes alicui⁹ totius conueniūt: vt ex illis
qd̄ nō erat p̄stitutus. Nō aut̄ sic hūana t diu-
na natura in christo vniunt. Inexplicabilis
em̄ ē isti⁹ vniōnis q̄ nō est p̄tū rō. Quidā tñ
noie dei ibi psonā significari putat: qz de tri-
bus agebat psonis: qz nullaz trinitatis p̄tē
esse dicebat: sic ps isti⁹ psonē nō est de⁹. Qd̄
si de psona intelligat: manifestū est qz psona
nō est ps psonē. Posita est diligēter snia
scda t eius explanatio: cui in nullovl̄ in mo-
dico obuiat auctoritates in tertia snia indu-
cte: q̄ iam p̄siderāda est.

TERTIA SENTENTIA QUE SIT PREMIS-
SARUM PROPOSITIONUM INTELLIGĒTIA.

CAPITULUM V

AHAC ERGO SNIA SIC DI-
CIT DE⁹ FACTUS Hō: qz hominē accepit/
sic dicit esse hō: qz hominē habet: vt
qz ē hūns hominē: t hō fact⁹ de⁹: qz assumpt⁹
est a deo: t hō esse deus: qz hūns hominēz est
deus. Lū ḡ dicit de⁹ est hō: vel habitus p̄di-
cat vel psona/ s̄ hūanata. Et q̄ psona hūa-
nata p̄diceat: Cassiodorus oñdere videt di-
cēs: Factus ē vt ita dixerim hūanatus de⁹ q̄
etiā in assumptōe carnis de⁹ esse nō destitit.
Qñ tñ varie accipi pōt vt dicat de⁹ fact⁹ hu-
manatus: vel christus fact⁹ de⁹ hūanatus:
vtrūq; em̄ sane dici pōt. Lū ḡ dicit fact⁹ est
de⁹ hō: multiplex fm̄ istos fit intelligētia: vt
naturā hūanā accepisse vel hūanatū verbū
esse incepisse intelligat. Nec tñ si incepit es-
se hūanatū verbū: ideo sequit⁹ q̄ incepit esse
verbū: nec si de⁹ factus ē hūanatū verbū: se-
quit⁹ q̄ fact⁹ sit verbuz: sic de aliq; dicit. Ho-
die iste cepit esse bonus homo/ vel factus ē
bonus homo: nec tamē hodie cepit esse ho-
mo: vel factus est homo.

QUO SENSI SECUNDŪ ILLOS DICATUR
PREDESTINATUS CHRISTUS.

GCDM ISTOS DICIT CHRISTUS
fm̄ q̄ hō p̄destinat̄ esse fili⁹ dei: qz ē p̄destina-
tū a deo ab efnō: t in tpe collatū ē ei p̄ grāz:
vt ipse ens hō sit filius dei: h̄ em̄ nō semp̄ ha-
buit: s̄ in tpe p̄ grāz accepit. Qd̄ videt Au-
gustin⁹ notasse in li. ad Prospex t Hylariū/
post medium. **A**uctē confit/
erat fm̄ carnē fili⁹ dauid: esset in virtute fili⁹
nem.

Liber III

Capitulum VI

dei. Hi etiam cū dicit christus minor patre
sīm q̄ hō: sīm habitū hoc intelligunt dictū. i.
Aug. i. li. de tri. ca. 7.
in cītū habet sibi hominē vnitū. **Uñ Aug.**
in i. li. de tri. Deus fili⁹ deo patri natura est
ēq̄lis habitu minor. In forma em̄ serui mi-
nor ē patre. In forma dei ēq̄lis ē patri: et q̄
sīm habitū accipiēda ē incarnatiōis rō: ideo
deū hūanatū:nō hominē deificatū dici tra-
dūt. **Uñ Jo. Dam.** Nō hominē deificatū di-
cimus: sed deū hominem factū.

Jo. dam.
Q̄ non debet dici homo domini
cūs. **Capl'm VI**

Augusti. II. I.
ca. 19.
Enō tñ cōgrue dicat hō dñicus. Unde
Aug. in li. retrac. Nō video vt̄ re-
cte dicat hō dñicus: q̄ est mediator dei et ho-
minū christus iesus/cū sit vt̄iq̄s dñs: et hoc q̄
dē vt̄ dicerē apud q̄sdā legi catholicos tra-
ctatores. Sz ydicūq̄s h̄ dixi/ dixisse me nol-
lem. Postea q̄ppe ydi nō esse dicēdū: q̄uis
nonnulla posset idem rōne defendi. Scdm̄
istos etiā dicit psona filij in duabus et ex du-
ab⁹ existere naturis sīm adh̄erentiā vel inhe-
rentiā. Altera em̄ inheret ei: altera inest.

**Quod predicta non sufficiūt ad
cognoscendā hāc questionē.**

**Satis diligenter iuxta di-
uersorū sīaz sup̄ posita absq̄ assertiōe et p̄iu-
dicio tractauimus q̄stionē. Ueruntū nolo
in tāta re tanq̄ ad cognoscendū difficile pu-
tare lectorē istaz sibi nostrā debere sufficere
disputationē: b̄ legat et alia forte meli⁹ p̄side-
rata atq̄ tractata: et ea q̄ hic mouere p̄nt: vi-
giliatore atq̄ intelligētiore si p̄t mēte dis-
cutiat. Hoc firmiter tenēs q̄ deus hominez
assump̄it/homo in deū transiuit:nō nature
versibilitate/sed dei dignatiōe: vt nec deus
mutaret in humanā substantiā assumendo
hominē/nec hō in diuinā glorificat⁹ in deū:
q̄r mutatio vel versibilitas nature/diminu-
tionē et abolitionē substatię facit.**

Ista est insaz tertie opinōnis q̄ est hec. Scdm̄
doctor⁹ diuersorū opinōnis varie dā de sunt r̄fōnōes: q̄
ponunt sup̄ius p̄ma p̄pone. Hāc maḡ insinuās expo-
nit p̄mo p̄ma p̄pone. p̄posita in p̄ma op̄ncipali. p̄pone p̄-
cedētis distinctiōis: vñdelz ista: Nō hō factus ēq̄ valet
tñ sīc ista: Deus incipit esse substātia rōnalis q̄ p̄s nō
erat. Et ex hoc ad ista q̄stionē cū dicit: de⁹ hō fac⁹ ērā
de⁹ dicat fac⁹ allud. Scdm̄ p̄ma op̄nione dicit rñdēdū
esse affirmatiōe: dicēdo q̄ de⁹ fac⁹ est aliqd. s. suba q̄ esse
cepit. Lōcedēdū etiā ē sīm ista op̄nione q̄ christus ēp̄
destinal⁹ dei filius: s. nō in cītū hō. Sz h̄ hoc arguit sic.
Si de⁹ incepit esse aliqd suba: ve⁹ ē dicere q̄ deus ē aliqd
q̄ nō semp̄ fuit. Ad q̄r fidēs dicit: q̄ ista op̄nione bñ cō-
cedit/nō tñ simpli s. cū determinatiōe: dicēdo sīm carnē
factus ē aliqd q̄ p̄s nō fuit. Scdm̄ scdaz op̄nione po-
nit duplē intellectū dictaz p̄ponū: q̄r vñ⁹ est cū dicit/
fac⁹ ē hō. Sēlus ē: q̄ de⁹ incepit esse substātēs in duab⁹
naturē. Alius ē: q̄ de⁹ hūanā naturā assump̄it/sīm quā
hō dicit esse a deo sumpt⁹. Et subdit: q̄ ly hō p̄t teneri

p̄sona vel p̄ natura: et sīm b̄ diuersimode in diuersis
ap̄ōnib⁹ accip̄it. Sublūgit etiā postea solutiōes auctōis
tātu diuersorū q̄ vident̄ dicere q̄ hō sit assump̄tus: t̄ q̄
christ⁹ sit duo: et p̄sona christi nō sit cōposita: q̄ oīa p̄t
me opinioni vident̄ s̄lonare: et sc̄de opinioni obuiare: et
ille solutiōes patet in l̄ra. Scdm̄ tertia op̄nione ponit
intellectū dictaz p̄ponū dices: q̄ cū dicit de⁹ fac⁹ ē hō:
et doc̄s ē hō p̄dūcatū. s. ly hō denotat̄ solus habit⁹: vt
sit sensus: de⁹ habet hominē: vel ē p̄sona hūanata: et q̄
vñs ista p̄cedit/ q̄ deus ē hūanatus: nō tñ p̄cedit q̄ hō
est deificatus. Sīl̄ licet bñ dicat hō ē deus: nō tñ p̄t di-
ci hō ē dñicus: q̄ b̄ btō Aug. nō placuit: imo postq̄ fre-
quentius b̄ dixerat p̄mo retrac. ca. p̄ix. b̄cīpm retraca-
uit: t̄ sic vlt̄o oīa ista in duab⁹ distinctiōibus istis dispu-
tatiue dicta maḡ nō discutit: s. lectoris iudicio discutiē
da derelinqt. P̄mo aliq̄li p̄dicto x̄ euidēt̄ notādū ē: q̄
p̄cedētes opinōnes in q̄truo p̄pctis cōueniūt: t̄ in q̄t-
tuor differūt. Cōueniūt enī p̄mo in b̄ q̄ ponūt in christo
vnā p̄sonā: h̄ hereticū Nestoriū q̄ oppōnit in christo du-
as. Scdō in b̄ q̄ ponūt in christo duplē naturā. s. diui-
nā et hūanā h̄ errorē Eutēcij: q̄ posuit post incarnationē
in christo ex diuina et hūana natura vnā naturā factā: et
in b̄ q̄ ponūt tres substātias in christo. s. corpus/ālam/
